



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

95. Wendelinvs ioco explodens sclopetum solo puluere nitrato onustum ita  
socium terrore percutit, vt humi procumbens post 14. dies negligentia  
curæ interueniente moriatur; ex quo tamen casuali ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

dem necessariæ ad congruam sustentationem essent domini, quod nec Aduersarij volunt.

XCV. Wendelinus Studiosus in campis inter alios se recreans habet secum sclopetū solo tamen nitrato puluere onustum, quod cum ioco in faciem vnius ex socijs exploderet, iste non tam vi explosio-  
nis, quam terrore ita percussus est, ut humili pro-  
cumbens agrè surgere, & ad Chirurgum perrepta-  
re potuerit, qui periculum agnoscens, licet spem  
vitæ exiguum dederit, id tamen effecit, ut Iesus  
14. adhuc dies supervixerit, & scholas etiam repe-  
tiuerit, diutius, ut videbatur, victurus, si debitam  
ipse sui curam habuisset. Quæritur. An Wendeli-  
nus ex hoc homicidio irregularitatem incurrit?

Videtur incurrisse. Tum ex cap. Contineba-  
tur de homicidio, vbi Diaconus quidam irregu-  
laris declaratur propter homicidium in lusu  
cum socijs præter opinionem factum. Tum  
ex cap. Clerico iacente. cap. eos verò qui. dist. 50.  
vbi exprimitur, irregularitatem incurri prop-  
ter homicidium casuale. Tum quia Wende-  
linus mediâ illâ læsione occasionem præbuit  
morti alterius, ut argumentatur Layman l. 3.  
sect. 5. Tr. 3. c. 3. n. 10. & alij.

Resp. Wendelinum non incurrisse irre-  
gularitatem propter homicidium illud. Pro-  
barur 1. Ex cap. lator. de homicidio. vbi exca-  
satur ab irregularitate Clericus cum alio lu-  
dens, etiamsi alius casu occubuerit cultello,  
quo ille erat præcinctus. Ergo etiam Wende-  
linus

Huius  
mur  
nem  
peri-  
pro-  
arte  
omi-  
Ve-  
a ni-  
fuit  
be-  
mpla  
dem  
leri-  
satis  
quo-  
ari-  
licat  
elli-  
Ber-  
ater  
est,  
lo-  
tica  
vsus  
d 4.  
EO,  
glo-  
De-  
qui-  
em

linus excusari potest, licet alius occubuerit ex sclopeti explosione, quam ille vocando fecerat. Probatur 2. Si Wendelinus incurrit irregularitate, vel incurrit istam homicidio voluntario, vel casuali. Neutrum dici potest. Ergo nullo modo incurrit. Non 1. quia ad voluntarium homicidium requiritur intentio expressa occidendi, seu apponendi causam de se illativā mortis, & ut talem cognitam, vt ex Concil. Trident. Sess. 14. c. 7. & communi DD. docet Palao de censuris. d. 6. pu. 15. §. 1. n. 1. Atqui Wendelinus non habuit talem intentionem, nec apposuit causam de se illatiuum mortis, & ut talem cognitā. Tū quia nulla ipsi vel suspicio mortis inferendae in mentem venit. Tum quia explosio talis sclopeti nullo plumbo onerati per se à nemine iudicatur illatiua mortis. Ergo non incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario. Non 2. Quia vbi cunque non adest culpa grauis, ibi ex homicidio casuali non incurritur irregularitas. Atqui in proposito non adest culpa grauis. Ergo &c. Maiorem tradunt Navarrus uterque, Valent, Henriquez, Ausla 7. Part. D. 6. Sect. 1. dub. 11. Conclus. 3. Suarez Tom. 5. interriam partem. D. 45 sect. 5. n. 8. & alij, hāc maximē ratione moti, quod irregularitas, cùm in pœnam delicti sit grauissima, culpam grauem supponer debeat, vt sic pœna culpæ proportionetur. Minor ex recens dictis patet, quod homici-

homicidium istud Wendelino nullo modo fuerit cognitum & volitum. Ergo non potuit inde esse peccaminatum. Probatur 3. Tunc non incurritur irregularitas ex homicidio etiam casuali, quando lœsio non fuit lethalis. Atqui in proposito casu lœsio non fuit lethalis, sed mors ex quavis alia causa contigit. Ergo &c. Maiorem docent Syluester, Caiet, Sotus, Lessius, Suarez, Caspar Hurtado de irregular. diffic. 8. n. 31. & communiter alij. Tum ex cap. studeat. dist. 50. Tum quod ad incurriendam irregularitatem occasio debeat esse proxima, ex qua mors sequatur. Minorem præter alios docet Steph. Avila part. 7. D. 6. Sect. 1. cit. dub. 5. conclus. 3. vbi ait, non esse censendum vulnus lethale, si vulneratus finito triduo post vulnus acceptum pedibus ambulauit. Quantô ergo minus in casu nostro lœsio fuit lethalis, cum lœsus post factam lœsionem non tantum pedibus ambulare, sed scholas etiam frequentare potuerit?

Ad 1. & 2. argumentum in contrarium dicimus, in illis iuribus præsumi & supponi grauem culpam & negligentiam commissam, quam non agnoscimus in casu nostro, ut patet ex dictis. Ad 3. quoq; ex allatis iam constat, scilicet ad incurriendam irregularitatem non sufficere mediante lœsione quomodounque præbere occasionem mortis, sed præbere occasionem mortaliter peccaminosam, qua-

R s

lem

lem minimè dedit Wendelinus; hoc ipso quod nihil proorsus de morte alteri inferenda in mentem occurrit, ut ipse sanctè affirmat: nec talis actio per se illicita & mortis causatiua sit.

**XCVI.** Wigbertus presbyter frequenter heret, num iejunus sit ad celebrandum propterea, quod noctu plerumque, antequam it cubitum, aliquid saccari sumere, vel ori paulacim liquandum imponeze soleat; & quidem subinde dubitat, an aliquid comedet, vel non comedet: subinde an comedet ante vel post medium noctis. Quæritur. Vtrum stante hoc dubio celebrare possit?

Videtur non posse: Ita Sanchez de Matr. E. 2. D. 4. n. 4. Facundez de præcepto 3. Eccles. l. 3. c. 5. n. 18. Palao Tom. I. Tr. 1. D. 3. pun. 8. n. 9. & 10. Vbi plures refert, cui accedit Card. Lug. D. 15. de Euch. n. 42. saltem quoad dubium detempore comeditionis, non verò de ipsa comedione. Mouentur. Tum quia possessio est pro præcepto: nulla verò pro celebraturo. Tum quia unusquisque probare debet fundatum suæ exigentia, aliás succumbet L. ei qui dicit. ff. de probat. At fundatum exigentis celebrationem est iejunium. Ergo, dum non probat hoc fundatum, immēritò exigit celebrationem. Tum quia sic etiam dubius de peccato mortali posset communicare, non præmissa confessione, quod est contra communem,

Resps.